



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Et primo, Vtrum reatus pœnæ sit effectus peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

sequitur detrimentū
nitoris, vt in litera
dicitur. Sed primo
modo est, qua forma
liter dicit peccator,
& sic eā suscipit Ma
gister sēn. 10. distin.
4. contra quem etiā
arguit Scot. Verum
tamen si quis diligen
ter attendit, vide
bit utrobique vnam
solam priuationem
diuersis rationibus
diuersimode signifi
catam. Anima nan
que Deo iuncta per
charitatem, conform
atur Deo, conuer
titur ad illum, con
iungitur illi, illumi
natur ab illo, fulget
ex illo. Et per oppo
situm, priuatio con
iunctionis ex pecca
to, opposita facit, &
elongatio, dissimili
tudo, auersio, macu
laque dicitur. Pro
pter quod dicendū
est, qd licet auctor
maculam à propria
nominis significa
tione declarat: in
tendit tamen macu
læ nomine, illā pri
uationē vt ex actu,
qua formaliter pec
cator dicitur post a
ctum peccator. Cuius
signum est, quod de
effectibus peccati
tractans, tres im
numerat, corruptio
nem boni, maculā,
& reatum. Et con
stat, quod a peccati
effectū, peccator
post actum dicitur,
& non à primo de
clarato, nec tercio,
igitur a secundo. Et
hæc dixerim, ne vi
deamur digressi.
Quia ergo formale
signum maculæ est,
quo formaliter pec
cator post actum dī
peccator: quia pri
uatione coniunctio
nis ad Deum, vt ex
peccato est, & dicit
tur peccator. Quā
uis maculæ nomen
exprimat hoc secun
dum quendam spec
ialem effectum, scil
licet remotionē ni
toris: ideo non est
alius effectus pecca
ti querendus, quo
quis sit peccator post
actum. Et confirma
tur, quia sicut dum
actu peccat, dicitur
malus & peccator a
uersione actuali: ita
post auersionem rema
nente, quæ nil aliud
est quam priuatio
conuersionis ad Deū
ex peccato.

rediens per motū contrarium. F
AD PRIMVM ergo dicendū,
q post actum peccati nihil posi
tū remanet in anima nisi di
spositio, uel habitus: remanet
tñ aliquid priuatiue, s. priuatio
coniunctionis ad diuinū lumē.
AD SECYNDVM dicendū, q
transcunte obstaculo corporis,
remanet corpus diaphanum in
æquali propinquitate & habitu
dine ad corpus illuminans, &
ideo statim umbra transit: sed
remoto actu peccati, nō rema
net aīain eadē habitudine ad
Deū. vnde nō est similis ratio.

AD TERTIVM dicendū, q
actus peccati facit distantiam à
Deo, quam quidem distantia
sequitur defectus nitoris hoc
modo, sicut motus localis facit
localē distantiam. Vnde sicut
cessante motu locali, non tollit
distantia localis: ita nec cessante
actu peccati, tollitur macula.

QVÆSTIO LXXXVII.

De reatu pene, in octo articu
los diuisa.

DEINDE considerandū
est de reatu pene. Et
primò, de ipso reatu.
Secundò, de mortali & veniali
peccato, quæ distinguuntur se
cundum reatum.

Et circa primum quærentur
octo,

- ¶ Primò, Vtrum reatus pene sit effectus peccati.
- ¶ Secundò, Vtrum peccatum possit esse pena alterius peccati.
- ¶ Tertio, Vtrum aliquod peccatū faciat reum aterna pœna.
- ¶ Quarto, Vtrum faciat reum pena infinita s. m. quantitatem.
- ¶ Quintò, Vtrum omne peccatum faciat reum aterna & infinita pœna.
- ¶ Sextò, Vtrum reatus pene possit remanere post peccatum.
- ¶ Septimò, Vtrum omnis pœna inferatur pro aliquo peccato.
- ¶ Octauo, Vtrum vnus sit reus pœnæ pro peccato alterius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum reatus pene sit effectus peccati.

AD PRIMVM sic proceditur,
Vt q reatus pœnæ non sit
effectus peccati. Quod enim p
accidens se habet ad aliquid, nō
vī esse proprius effectus eius:
sed reatus pœnæ per accidens se

habet ad peccatum, cū sit præ
ter intentionem peccantis. ergo
reatus pœnæ non est effe
ctus peccati.

¶ 2 Præter. Malum non est causa
boni: sed pena bona est, cum sit
iusta & à Deo. ergo nō est effe
ctus peccati, quod est malum.

¶ 3 Præter. Aug. dicit in 1. Con
fess. * q oīs inordinatus animus
sibi ipsi est pena: sed pœna non
causat reatū alterius pœnæ, quia
sic iretur in infinitū. ergo pec
catum non causat reatū pœnæ.

SED CONTRA est, quod dicit
Rom. 2. Tribulatio & angustia
in animam omnem operantis
malum: sed operari malum est
peccare. ergo peccatum indu
cit pœnam, quæ nomine tribu
lationis & angustia designatur.

RESPOND. Dicendum, quod ex rebus natura
bus ad res humanas deriuatur, vt id quod con
aliquid insurgit, ab eo detrimentum patitur.
demus enim in reb. naturalib. quod vnum et
rium uehementius agit, altero contrario super
niente: propter quod aquæ calefactæ magis co
gelantur, vt dicitur in 2. Meteororum. vnde in
minibus hoc ex naturali inclinatione inuenitur.
ut unusquisque deprimat eum, qui contrari
insurgit. Manifestum est autem, quod quacum
cōtinetur sub aliquo ordine, sunt quo dammodo
unum in ordine ad principii ordinis. vnde qu
quid cōtra ordinem aliquem insurgit, conficit
est ut ab eo ordine & principe ordinis deprimatur.
Cum autem peccatum sit actus inordinatus, ma
festum est, q quicumque peccat, contra aliquem
dinem agit: & ideo ab ipso ordine consequetur
q deprimatur, quæ quidem depresso pena est
de s. m. tres ordines, quibus subditur humana
luntas, triplici pena potest homo puniri. Prime
dem enim subditur humana natura ordini
priar rationis. Secundò, ordini exterioris homin
gubernantis uel spiritualiter, uel temporaliter,
litice, seu œconomicæ. Tertio, subditur humana
ordini diuini regiminis. Quilibet autem horu
ordinum per peccatum peruertitur, dum ille
peccat, agit & contra rationem, & contra legē
manam, & contra legem diuinam. vnde triplice
pœnam incurrit, unam quidem à seipso, quæ
conscientiæ reuorsus, aliam uero ab hominibus
tiam uero à Deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod pena con
sequitur peccatum, in quantum malum est
ne suæ inordinationis: vnde sicut malum est
accidens in actu peccantis præter intentionem
suis, ita & reatus pœnæ.

AD SECYNDVM dicendum, q pœna quidem
ita esse potest & à Deo, & ab homine infligenda
ipsa pœna non est effectus peccati directe, sed
dispositiue. Sed peccatum facit hominē esse
pœnæ, quod est malum. dicit enim Dion. 4. c. 1.
diuin. no. * quod puniri non est malum, scilicet
pœna dignum. vnde reatus pœnæ directe potest
tur effectus peccati.

AD TERTIVM dicendum, q pœna illa inordinata
animi debetur peccato ex hoc, q ordinem
peruertit: sit autem reus alterius pœnæ per hoc
peruertit ordinem legis diuinæ, uel humane.

a. dist. 30. q.
1. ar. 2. cor.
& dist. 32.
q. 1. ar. 1. cor.
& dist. 42. q.
1. ar. 2. cor.
Et in expo.
lib. 1. c. 1. ad
3. & 4.